

CAP. 12. non est Christianus. 81
cum per fidē intus & in corde Dei dul-
cedinem gustamus. Hæc inquam, hæc
est vera, viva & efficax Dei notitia, de
qua David in Ps. 34. ait: *Cor meū & caro
mea exultaverunt in Deum sibum.* Et Psal.
63. *Melior est misericordia tua super vitas.*
Ubi palam est, describi vivum illud
gaudium & dulcedinem cognitionis
divinæ, qua perfunditur cor fidele. At-
que ita demum homo vivit in Deo, &
Deus in illo ; sic cognoscitur veritas,
sicq; eadē hominem recognoscit, &c.

CAPUT XII.

VERI CHRISTIANI ESSE SIBI
mundoque mori, & Christo vi-
vere.

2. Cor. 5. *Christus pro omnibus mor-
tuus est, ut & qui vivunt, jam
non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis
mortuus est & surrexit.*

PRAETERQUAM quod hæc sententia
plena est consolationis, dum liqui-
do cōtestatur Christum pro omni-
bus mortuum esse ; tum vero saluber-
timam doctrinā cōtinet de vitæ Chri-
stianæ ratione, quomodo videlicet nō
nobis, sed illi qui nostri causa mortuus
est,

E s